



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 97. Titulus decimus septimus de traditionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul XVI.
A C 1584

ita ut ad ea celebranda tempus sufficere non possit absque diminutione divini quotidiani officii; statuit hæc Synodus, ut Episcopi auctoritate ejusmodi anniversaria ad certum modum reducantur, & certis diebus celebranda præscribantur, commemoratione tamen semper habita eorum, qui legata, & anniversaria reliquerint.

Canon XIX. Non altius erigantur tumuli, aut sepultura defunctorum in Ecclesiis, in choro præsertim, nisi forte Prælatorum, Regum, & principum: ceteris vero id non liceat, sine auctoritate Episcopi, cum causæ cognitione.

Canon XX. Persolvantur jura testamentorum, & alia, quæ lege & consuetudine Episcopis, & Prælatibus debentur, sub Censuris Ecclesiasticis.

Canon XXI. Episcopi sint executores testamentorum in iis, quæ pertinent ad pias causas.

§. XCVII.

Titulus decimus septimus de traditionibus.

Labbe.
pag. 1086.

In titulo decimo septimo de Traditionibus quatuor occurrunt Canones, quorum primus ita proponitur: si quis universam doctrinam Ecclesiasticam, ad expressum contextum scripturæ, nihilque, nisi quod in ea contineatur, pro vero tenendum, & tra-

Et traditiones Ecclesie quasi inventa humana respuestas esse dixerit; anathema sit. Sæcul. XVI.
A. C. 1584.

Canon II. Quisquis negat traditionem esse duplicem, scriptam scilicet, & non scriptam; anathemate feriatur.

Canon III. Traditiones omnes diocesanæ laudabili, & antiqua consuetudine comprobatae servantur.

Canon IV. Non sumant Canonici, aut alii Ecclesiastici panem, & vinum non consecratum in Ecclesiis, & basilicis die Cæne Domini, aut aliis diebus: sed id in loco separato, nempe capitulo, aut vestuario, simul facere possint, servata modestia, reverentia, religione, cum hymnis, & psalmis consuetis.

§. XCVIII.

Tituli de Sacramentis.

Titulus decimus octavus, decimus nonus, & sequentes usque ad vigesimum nonum agunt de Sacramentis in genere, & in specie, ubi præcipue monentur Laici, ut diebus solemnibus, videlicet Nativitatis Domini, Paschæ, Pentecostes, Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, & omnium sanctorum communent. Presbyteri illis diebus Missam celebrent.

II. Simul monentur conjugati non nisi præparati aliquot dierum continentia ad Eucharistiæ sumptionem accedere.

M 4

III.